



...ilosoph...
...SANI Medulla Chim...
... H. S. P. Chymia...
...riosa.
Io. Bo... Epistola
De Acid... ...
sufficientia
...
... ...echi...
...
De C... ...men...
GOTTOFR. ...
De Panaceis.







Barreus
Ferguson I.ii 94.
Vigerius cf. Ferg.
II 1510



FRIDERICI HOFFMANNI,
Filii, D. Medici Electoral. Brandenburgici

EXERCITATIO ACROAMATICA

DE

ACIDI ET VISCIDI

pro ſtabiliendis omnium morborum cauſis, & alcali fluidi, pro iisdem debellandis, inſufficientiâ

ad

NOBILISSIMUM ET EXCELLENTISSIMUM

VIRUM

DN. THEODORUM CHRISTOPHORUM KRUG

Potentiſſimi Electoris Brandenburgici ut & Sereniſſimi Landgraffii Haſſo-Caſſellani Conſiliarium & Archiatrum Primarium.



FRANCOFURTI AD MOENUM
[S]umptibus CHRISTIANI GENSCHII,
ANNO MDCLXXXIX.



I. N. I.

PROOEMIUM.

Nobilissime & Excellentissime VIR,

UTI mens in abstrusis rerum caussis perscrutandis occupata, ex pejori non facilè morbo laborare potest, ac si promiscuè credat, novasque aliorum hypotheses pro veris statim admittat: sic è contra huic malo non promptius ac felicius remedium opponi potest, quam si cunctis præjudiciis exutis, de omnibus nisi benè intellectis ac demonstratis, dubitationem ineat, judiciumque suspendat. Hoc medio mens nostra, divinæ veritatis capax, præmu-

nita suas illationes ex notis in igno-tissima promovere, & de quibus-vis etiam obscuris rectè pronunciare valebit. Sollicita itaque indagine pensitandas ac examinandas omnes arti nostræ novas hypotheses, antequam illis fidem habeamus & asserta nostra illis superstruamus, censendum esse videtur, ne postmodum mens novis illis ceu speciosis errorum illecebris irretita vix nisi summâ cum difficultate sese iterum expedire valeat. Nimirum manibus illis speculativis, magnam sterilitatem reipublicæ nostræ fœnerantibus, quatuor veterum elementis, & iis superstructis quatuor qualitatibus, temperamentis, humoribus in exilium exactis, item subjugatis illis occultis ignorantium qualitatibus, idiosyncrasiis, magnetismis, ideis,

spiri-

ſpirit.bus aſtralibus, exoſô quoque naturæ, archei duumviratûs nomine, in dubium quoque vocatis tribus, vel ut aliis placet, quinque chymicorum principiis, nulla hypotheſis, majori cum applauſu in ſcholis medicis ſucusque recepta, & ſpecioſa plurimorum naturalium effectuum ac phœnomenorum ex hac deductione propagata, quàm illa de ſale acido & alcali: quam bigam ſalium, ceu robur ac fundamentum totius naturæ, primò omnium in Scenam produxit ille per ignem, ut ſe ſcribit, Philoſophus Helmontius, Tackenius, *& illorum veſtigia relegens* BECKIUS, *aliique qui omnium effectuum ac phœnomenorum cauſas hiſce metiri, ſtrenuè, imò audacter, allaborarunt, ſulphuris itidem naturâ, ſub acidi ſchemate*

 compre-

non ritè in conclusionibus formandis processèrim, nec satis idonea experimenta allegaverim, ut doctrinâ Tuâ exoptatissima, me in semitam veritatis, quam unicè intendo, perducas.

CAP



CAPUT I.

Fundamentum novæ hypotheseos adstruitur. Uti omnia corpora, sic quoque machina nostra, ex fluidô & solidô constat. Fluidum in statu sanô, continuô motu, agitari debet. Motum hunc impedit acidum & viscidum: promovet autem medicamentum alcalinum volatile, fluidificans & potus calidus herbæ Theæ. Tale medicamentum sufficiens, ad mixturam sanguinis conservandam.

ANtequam examen novæ istius hypotheseos aggrediar, operæ pretium duxi, prælibare illius fundamentum ac rationes. Compertum nimirum est ex physicis & mechanicis, omnia corpora naturalia ex fluidis & solidis constare particulis, inque earum debitâ ac perenni mixturâ, consistere illorum temperiem ac conservationem: & vice versâ, ex ambarum harum miscelâ læsâ, intemperiem ac destructionem illorum promanare. Eâdem ratione machinam nostram, quæ merè automata est, si attentiùs & curiosius perlustramus,

mus, nil nisi solidum & fluidum deprehendimus. Nimirum omnes partes & viscera, si injectione aquæ calidæ debitâ eluantur, & singulari ex artificiô excarnentur, ex minutissimis ac copiosissimis canaliculis, arteriis & venis, funiculis membranaceis ac nerveis, illa esse constructa, perspicies: repletos hos canaliculos omnes deprehendimus fluoribus, vel sangvine, vel lymphâ (cujus soboles etiam salivalis, pancreaticus ventriculi, & intestinorum menstrualis liquor existit,) serô, latice biliosô, imò nervos, peculiari æthereô fluidô, turgidos. Omnes hi dicti vitales fluores, quam diu, ad leges motûs, ritè circulô suô evoluti, non à fluiditate & spiritu ascentiâ suâ declinant, ac debitâ proportione gaudent: partes quoque solidæ, in suâ contiguitate, densitate, situ, magnitudine, figurâ, permanent, tamdiu, corpus sanum, vitale ac temperatum existit: & contrà, si hoc non contingit, statim morbus & præternaturalis status præstò est. Notabile autem est, quod machina nostra ex minutissimis infractuosis, ac quasi araneatis tubis & canaliculis copiosissimis constet, qui ex vario contextu in visceribus specificos suos poros & cribra efformant, ut plures & diversæ à sangvine partes, facilius secernantur, quo scilicet plures superficiem

cribri

cribri attingunt, hinc sangvis diversus à diversis partibus rediens, inque communem alveum seu majora vasa collectus, ad statum uniformem & homogeneum reducitur; quare si contingit, ut ob abundantiam particularum, fluori ac motui minus obtemperantium, multiplices ac minutissimi isti tutuli obstruantur, facilè patet, non solum secretionem variarum excrementitiarum particularum impediri, sed & mixturam sangvinis homogeneam turbari, sicque morbosam intemperiem produci. Quapropter nostræ hypotheseos Patroni, in id unicè incumbunt, ut tàm per alimenta, quàm medicamenta, canaliculos hosce apertos servent, fluiditatem ac tenuitatem humanorum promovendo, illosque ad citatiorem motum invitando: & vice versâ, omnia illa, quæ motui resistunt, & ad hunc humores ineptos reddunt, damnent & ex forô medicô exesse jubeant, præprimis omnia acida, ceu triangulari figurâ suâ, rotundis, lubricis, valde flexilibus & ad motum promptioribus particulis resistentia, quod vel exinde constat, quia chylo (qui proximum sangvinis elementum) vel etiam ipsi sangvini remixta, crassum coagulum inducunt, & ob id venæ vivi animalis infusa, id ipsum internecioni dant: ob hanc rationem

fugiunt

fugiunt quoque omnia viſcida, & ab effe-ctu dicta frigida, quippe quæ ob ignavum illum contextum & ramoſas iſtas particu-las ac tricas, ætheris evolutioni, & ſubtilis-ſimarum molecularum motui obicem po-nunt. Ex hiſce porrò fluit ratio, cur tan-topere ad morbos curandos collaudant o-mnia acidi deſtructiva, ſalia fixa & volati-lia, item omnia illa quæ viſcidos humo-res reſolvere ac fundere apta ſunt qualia ſunt nominatim ſalia animalium volatilia, & fixa vegetabilium; item blan-dô ſulphure, naturæ amicô, gaudentia potus quoque calidi, herbis ſale volatili gaudentibus correcti, imprimis infuſum herbæ theæ; utpote quæ, uti id luculente apparet, ſangvini coagulato nigerrimo in-fuſa, illum ipſum reſolvendo, fluidiſſimum reddunt, floridumque ac purpureum co-lorem conciliant; ætherem namque ſub-tiliorem particulis injungenda, & propul-ſum illatum à ſe invicem procurando motum liberiorem, concedunt, & fluidita-tem reſtituunt. Tale medicamentum flu-dificans ac reſolvens ſufficiens & ſatis a-ptum dijudicant ad omnium morborum curationem, ſordesque & ſcorias impu-ras, obſtructionem in minutisſimis vaſcu-lis molientes, removendas, ſepoſitis o-mnibus aliis, verbi gratia, purgantibus,
ver-

venæ sectione, cucurbitulis, acidis, incrassantibus, clysteribus, fonticulis.

CAPUT II.

Ex acido multi ac magni oriuntur morbi, retardat omnes evacuationes naturales. Abusus acidorum singulari notatur observatione. Bilis salis alcali vicem in corpore gerit, Medicamenta sale alcali gaudentia, generosa morborum præsidia.

SI velimus fateri quod res est, dicta hæc hypothesis admodum speciosa, multum ucis arti nostræ commodat; Cuivis namque notius est, quam ut disputatione meeatur, machinæ nostræ liquores. contiuo motu ac circulo, per subtilissimos neandros & cuniculos rotari debere ne at stasis, vappescentia & cadaverisatio lacis & per consequens mixtura sanguinis rbetur, ac ipsum nervorum fluidum (in ajus perenni conservatione omne vitæ : sanitatis momentum consistit) deturper. Certissimum porro est & cuivis acticorum obvium, acidum & viscidum urimorum morborum fomitem ac minen existere. Jamdudum *Galenici* pene in nibus morbis atram bilem (quæ nil nisi

bilis

bilis cum acido infeliciter copulata) culparunt. *Helmontius* omne acidum venis admodum hostile, pronunciat, quin imò ex defectu fermenti biliosi ceu acidum corrigentis ac enervantis, morborum chronicorum genesin concinne deducit. Cœterum quantas torturas acidum vitiosum in corpore nostro excitet, testantur hypochondriaci, hystericæ, scorbutici, qui à levissimo acido mire sæpe læduntur, ex acerbatis omnibus symptomatibus: testantur quoque id ipsorum vomitus sæpe tam corrosivi ac tanta aciditate præditi, ut vasa ænea, imo ipsa linteamina, instar aquæ fortis, corrosa inde videas. Hectica, quæ in principio nil nisi morbus ventriculi es[t] à copioso acido & viscido in primis vii[s] stabulante originem suam trahit, hinc e[m]metica saburram vitiosorum humorum acido-viscidorum viridescentium evacuantia ferme omne curationis punctum ferunt. Acidum succi pancreatici præter naturale, cum igneo bilis fluore in volumine intestinorum infeliciter confusum ac exæstuans febrium, syncopes, cardialgiæ, choleræ, colicæ, non raro Autorem existere, præter alia indicat illorum vomitus, acidissimi, viridescentis coloris à copula acidi & bilis exurgentis. Infantum tormina, infaretus pectorales, ver-

mes, epilepfiam, convulſiones, diarhœam ex acido & viſcido progigni indicio ſunt illorum feces alvi virideſcentes, dictorum malorum prodromi, quibus ſi experimenti ergo oleum tartari per deliquium in ſufficienti quantitate affunditur, edulcorato acido, bilem ita tingente, viridis ille color in flaveſcentem transit, ut vel exinde conſtet, quantum juvaminis in dictis morbis præſtent omnia correctoria, invertentia ac edulcorantia acidum. Porrò acidum omnes retardat evacuationes quæ ſolemni naturæ conſvetudine fiunt, id quod optime experiuntur hypochondriaci (quibus tranſpirationem liberiorem quæ ipſis ſummum levamen eſt, impedit) item quibus menſes ac hœmorrhoides ſtato tempore fluere ſolent, & quorum alvus contumaciter obſtructa ac tenſa eſt. Vidi hinc ſæpisſime à lapidibus cancrorum & alcalinis, item amaris, v. g. cortice chinæ chinæ, aſſumtis, excitatum alvi fluxum, quatenus abſumpto acido, bilis magis ſui juris fit in inteſtinales fibrillas inordinato impetu inſultans. In hujus ulteriorem confirmationem lubet hic attexere à me notatam ſingularem hiſtoriam duorum fratrum magni nominis: ſolebant illi ut doleſcentes non ſolum delectari acetariis verum etiam vini potui dediti erant,

& acetum non raro, loco cerevisiæ, bibebant. Natu major annorum XIX. incidebat in febrim lentam hecticam tussi macilentia totius corporis, & pedum horrendo ac quasi contundente dolore. Medici præsentes ad extingvendum illum depascentem calorem militabant cum refrigerantibus, & lactis curam commendabant: Sed calor increscebat & subseqvebantur vomitus viscidi, virides. Alius Medicus in consilium vocatus judicans malum latitare in primis viis,& acido charactere notatos esse omnes corporis fluores, præscripsit talia, quæ aliàs felicissime acido opponi solent, sed omnia in cassum. Pessundatis nimirum viribus æger cum morbo non potuit redire in gratiam, sed satis placide concesit. Alter fratrũ quando incalescit, vel infuso herbæ theæ utitur, aut acria saltim degustat in tanta copia ejicit salivam, ut non raro quantitas hujus dimidium mensuræ expleat, & quod notabile est, per dorsum quasi ipsum salivæ affluxum accedentem persentit. Tandem observatu dignum, quosdam qui, quoties utuntur aceto, altero mane pruritum in fontanellis sentire manifesto indicio acidum intactum & integrum penetralia corporis subire posse. Ast uti acidum & visci cidum motui sanguinis & humorum ad modum

modum hostile & inimicum, & multorum morborum causa existit. sic in contrarium illa, quæ facultate acidum corrigendi instructa, maximum solamen corpori nostro afferunt. Constituit hinc providissimus naturæ rector bilem, ceu necessarium balsamum ac acidi stomachalis corrigens in intestino duodeno: bilis namque insigne alit alcali abstersivum & corrigens, qvod vel exinde patet, quia cum aqva forti facile effervescit ac syrupo violarum admixta, ipsi viriditatem conciliat & colores omnes quod pictores sciunt, tenuiores acfluidores reddit: igni quoq; commissa in signē exhibet spiritū acrem salsum, cum quovis acido confligentē, & sal fixum lixiviosum. Bilis itaque succus est nobilissimus, qui in nemine non invenitur, & sine quo nemo diu vivere potest docente id *Fernelio Pathol. lib. 6. cap.* 5. qui scribit non paucos è vivis fuisse ereptos, in quibus non alia interitus causa comparuit, quam quod follicutus bile omnino exhaustus esset. In tribus quoque infantibus, atrophia & tabe mortuis, ne vestigium bilis reperire potuit *Dn. Mœbius in fundam. Physiol. pag.* 168. Et notabile quoque fuit, quod in operatione Serenissimi Electoris Brandeburgici, gloriosissimę memoriæ, hydrope placide defuncti, pauca bilis adfuerit & cy-

 stis fellea

admodum parva. Patet hinc medicamenta acalina volatilia Sulphurea amara quæ copioso sale fixo fœta sunt, defectum bilis restaurantia juxta *Tackium in Chrysogonia animali pag.*31. maximam opem ferre in Medicina. Et sane nisi velimus dissimulare; nullus gratiosus Medicus facile carere potest salibus istis alcalinis volatilibus, inter quæ primas tenent spiritus oleosus sylvii, spiritus salis ammoniaci vinosus cum oleis aromaticis & carminativis variè essentificatus, Spiritus vini à Sale volatili cornu cervi abstractus, Salia fixa & illorum solutiones, lapides cancrorum, corallia, cum lixivio Salis tartari imbibita, & imprimis saliá fixa Sulphuri metallico amicissimô conjugio juncta: hinc sal Antimonii tartarisatum, sivé etiam tinctura antimonii tartarisata, in infantum morbis in reserandis glandularum obstructionibus, certè omnium febrium nutriculis, præprimis in ipsa quartana vix par habet. Ut adeò ex hisce condiscere liceat, acidum ac viscidum motui sanguinis nimis hostile, plurimorum morborum causam evadere posse, & contrà medicamenta alcalina, acidum destructiva, decenter exhibita, generosissima magnorum morborum existere præsidiâ.

CAP.

CAPUT III.

Potus calidus herbæ theæ magnum adfluxilem reddendum sangvinem, remedium. Ejus efficacia non tàm herbæ theæ quàm calidæ adscribenda. Herba theæ gaudet sale medio, Sulphureo, terrestri, facilè solubili. Aqua calida insignes, in corpora, effectus edit. Acris oculorum defluxio potu aquæ calidæ curata. Decoctum cornu cervi & herbarum bezoardicarum calidè haustum in morbo hungarico & febribus malignis, maximum juvamen præstat.

PRæter jam dicta remedia novæ hypotheseos Patroni, ad sangvinis motum & fluorum promovendum ceu universale ac polychrestum remedium celebrant ac commendant potum calidum ipsius herbæ Thee & Coffee, cujus usus penè jam omnibus populis familiaris. Quod si benè rem libremus, inq; ejus effectus inquiramus deprehendimus sanè istius potus efficaciam, non tàm deberi herbæ thee & Coffee, quàm ipsi aquæ calidæ. Equidem herba thee præ aliis herbis hoc singulare habet, quod gaudeat copioso sale, quasi medio valdè solubili terrestri, sulphureo, quod sal quasi mediæ naturæ in herbâ thee insit, ex hoc statuendum esse videtur, quoniam cum quovis sale alcalino volatili, impri-

mis sale volatili Cornu cervi immisso, eju: infusum insigni ebullitione confligat: præcipitatis simul quibusdam particulis terrestrioribus: similem quoque effervescentiam prodit, si admisceatur cremor tartari imo extractum ejus ab admixto acido, insignem acquirit dulcedinem, ut adeo e: hisce pateat, & Sal acidum, & sal alcali, in hac herba delitescere. Sal hoc admodum est solubile, hinc præ aliis herbis ex hac ci tius, cum aqua sufficiente, extractio insti tuitur. Terrestres molleculæ exinde s manifestant, quia ejus extractum instar ex tracti termentillæ, vel ligni aloës vel terr catechu, cum momento vitrioli remix tum, obscuro nigricante colore induitu: Sulphureæ se produnt particulæ admix tione alcali, quod colorem flavum admo dum exaltat. Concludere ex hisce licet herbam thee esse admodum temperatam Et quamvis aliæ similes, reperiantur ho tamen singulare possidet, hæc herba quo cum aqua calida assumpta, nullam excite nauseam, (quod cœteræ pene omnes præ stant) sed potius omnem abigat. Cœte rum herba thee egregiè aquam corrigit quo corporis nostri officinas & colonia eò facilius pertransire possit. Ast, si fa tendum quod res est, virtus ac efficacia ips us potus thee mensuranda potius est ex a

qu

qua calida: hanc jamdudum Romani ad extingvendam ſitim, adorarunt in epulis ſuis, hanc ipſe *Hippocrates*, cum chamæpyte vel foliis hellebori correctam, contra arthritidem & calculum non ſatis deprædicare poteſt. Certisſimum namque eſt & experimentis mechanico-chymicis conſtat, aquam calidam lubricis rotundis particulis ad motum ſubeundum aptisſimis gaudere, & hinc inſigni emolliendi, reſolvendi, ac liquandi pollere facultate. Poſſunt in hac elixari ac emolliri partes animalium durisſimæ, v. g. oſſa, cornua, ita, ut particulæ ſalinæ, volatiles, oleoſæ, in hac dimittantur, quæ poſtmodum gelatinam conſtituunt. Aqua calida apta eſt reſolvere gummata, reſinas, ſalia, illorumque tincturas in porulos ſuos recipere: imò capax eſt, omnis generis ſalia imbibere quod patet, ſi aqua ſale quodam ſaturata & turgida, v. g. Sale communi, vitriolum immiſſum adhuc capere poteſt, & ſic porrò. Solis aquæ calidæ effluviis oſſa ac duriſſimæ animalium partes ita emolliri, ac philoſophicè calcinari poſſunt, ut cultro facile cedant. Ut adeò ex hiſce colligere liceat, potum herbæ thee calidiſſimè, moderatè tamen, hauſtum, craſſos ac viſcidos humores optimè reſolvere, ſangvinemque in motu ſuo ac circulo conſervare, ſaliaq;

 ſylve-

sylvestria sulphurea imbibendo, ac per congrua evacuatoria proscribendo, optimum esse temperans, depurans, & antiscorbuticum præsidium. Et saltim hinc constat ratio, cur hodierni Medici ad conservationem sanitatis, ad podagræ & calculi præservationem, ad appetitum exsuscitandum, omnia evacuatoria aperta servanda, ad scorbuti symptomata mitiganda, imò ad vigorem animo & corpori reddendum, tantis encomiis extollant calido potus.

Posset hic ingens inseri catalogus morborum solô potu thee, vel infuso aliarum balsamicarum, felicissimè propulsatorum. Ast, ne transgrediar brevitatis legem, saltim aliquot historias à me notatas annectere placet. Accedebat me duobus ab hinc annis miles, XL annorum, conquerens de visu penè abolitô ob acrem salinam defluxionem, per annum oculos infestantem, quæ illorum tunicas, imò ipsas partes consitas, adeò corroserat, ut applicato externo collyrio, quod lenissimum cre fovebat, atrocissimus oriretur dolor; oculi erant collapsi, & toti rubicundi, que illos aperire volebat æger, lucis accessus insignes creabat molestias. Ut omni mane mensuram aquæ calidissimæ, in qua radicis asari & seminis fœniculi, aa

Drac

Drachma una, incocta fuerat, hauriat, cum expectatione ſudoris in lecto edixi. Externè inſtillare juſſi lac calidum muliebre, cui remixtum erat magiſterium ſaturni, & parum ſief albi cum opio. Continuatis hiſce ad menſem, venit ad me, in gaudium effuſus, quod oculi iterum officium ſuum facere poſſint; referens ſimul, per ſudorem, per urinam & alvum, medicamentum vires ſuas exeruiſſe. Haud dubiè ſcorbutica illa ſalia, in lympha contenta, hocce vehiculo ex illa præcipitata fuere. Scabie fœdiſſima ſiccâ, per plurium annorum decurſum defœdatos multos, hoc unico interno, nempe potu aquæ calidæ, cui flores ſambuci & herba fumariæ infuſa erant, omni mane liberalius hauſto, expectato ſimul in lecto ſudore, feliciſſime reſtitui, partibus ipſis quoque cum laudato infuſo ablutis. Decoctum Cornu cervi remedium eſt polychreſtum & admodum uſitatum, ac ſi magna in quantitate calidiſſime hauriatur, in morbis, ubi malignitas complicata, miracula facit, Expertus hoc ſum in Weſtphaliæ vico Schluſſelburg, aliquot abhinc annis, toto morbo ungarico infecto, ubi ultra 200 hoc morbo correpti exhibito prius emetico, hoc illo decocto convaleſcebant pauciſſimis mortuis. Sic quoque mihi ſancte affirma-

vit *Dn. Dr. Augustus Schefferus Practicus apud Magdeburgenses celeberrimus*, omnes illos milites ex Hungariæ castris redeuntes & morbo hoc graviter decumbentes, qui largissime, ad præscriptum, biberunt potum aquæ calidæ, cui nonnullæ herbæ bezoardicæ incoctæ erant, convaluisse.

CAPUT IV.

Hypothesis hæc trutinatur & demonstratur nimiam fluiditatem sangvinis etiam noxiam. Adducitur experimentum infusi liquoris alcalini in venas animalis, quod post infusionem mortuum. Et singulari experimentô mechanicô assertum adstruitur.

Ex prædictis itaque luce meridianâ clarius patet, nullius momenti non esse hanc hypothesin, imò singularem in Medicinâ accendisse lucem. Quod si autem attentius rem libremus, & accuratiori mentis lance æstimemus, multa deprehendimus obstacula, imò rationes prægnantissimas, quibus adducimur, ut non in totum à sententia hac stare queamus. Placet nimirum in medium adducere experimenta

menta, quæ nobis docent, & nimiam fluiditatem ac tenuitatem ſangvinis, & fluorum vitalium, nocere, & morbis fores pandere poſſe. Nimirum ſi acidus ſpiritus ſingulari ex artificiô venæ canis vel alius animalis infundatur, brevi poſt illud ipſum animam exſpirat; maſſa ſangvinea in vaſis coagulata ac grumefacta reperitur, rubicondô ejus colore mutatô in gryſeum, nigricantem. Eôdem modó, ſi cum quovis alcalino, ſale fixo, vel volatili, imbuto liquore, experimentum inſtituitur, longè magis effectus hic ſubſequitur, & mors iſtius animalis accerſitur, ſangvine fluidiſſimô ac purpureô, coccineô, in venis, conſpicuo. Plura in hanc rem videri poſſunt in *Actis philoſophicis Anglicanis pag. 396. & diſſertatione eruditâ beati D.D. Ettmulleri de transfuſione ſangvinis.* Ut hinc abundè conſtet, vitam ac ſanitatem conſiſtere in æquabili ſolidi ac fluidi harmonia, ſive temperie, mortem autem & morbum, in diſſonante ejusdem concentu. Certisſimum eſt quidem, Batavos, & qui incolunt regiones ſeptentrionales, ob diætam crasſiorem, & aërem magis condenſatum, ſangvinem, & humores craſſos alere, neq; abundare in illis ſal volatile, & hinc calidos illos potus, & ſalia volatilia non adeò nocere; ſed multum prodeſſe, dum obſtructionibus obi-
 cem

cem ponunt; interim demonſtrari poteſt ulterius, etiam nimiam ſanguinis fluiditatem & abundantiam ſalis volatilis culpari poſſe. Elegantisſimus, hanc in rem, extat locus apud Dn. *Braione in Tract. de dupl. bile veterum pag 222.* quem adducere hic placet; ſupponamus, inquit, ſangvinem in
„ homine quôdam eſſe valde mobilem &
„ volatilem, ita tamen, ut admixtæ adhuc
„ etiam inſint particulæ aliæ crasſiores, a
„ deòque ad motum tardiores, (fieri enim
„ nequit, ut ſanguis & humores aliter conci
„ pi queant;) jam per conſequens neceſſari-
„ um eſt, ut humores, qui ex eô ſequeſtran-
„ tur, adeòq; & ſpiritus animales valdè ſint
„ copioſi, ſubtiles & impetuoſi, hi taque ſpi-
„ ritus magnâ in copiâ magnoque cum im-
„ petu in ventriculos cerebri depoſiti, eà-
„ dem porrò cum motus vehementia, inter
„ fibras vaſorum influendo, validè ipſorum
„ conſtringunt & comprimunt tunicas, ex
„ quâ conſtrictione & compresſione ſan-
„ gvis iterum & alii humores validius in
„ motu ſuo circulari abſolvendo, promo-
„ veatur, jam verò certum eſt, quod motus
„ cordis, quoad ſuam ſyſtolem & diaſto-
„ lem, debeat eſſe debite reciprocus, ſi cir-
„ culatio debite debet procedere: ſi itaque
„ contingat, ut ſangvis tanto, tamque cele-
„ ri, propellatur in cordis ventriculos, im-

petu,

petu, ut reciprocatio illa ſyſtoles & diaſtoles ritè non poſſit & debitè procedere, neceſſario liquet, quod ſangvis in motu ſuo circulari non minus, ſiſti debeat, quam, ſi valde, tarde & ſangvide, propter adjunctas multas particulas craſſas & terreſtres moveretur: hujus rei exemplum, non obſcurum habere poterimus, in circulari quodam & tortuoſo, folius aquæ, (quæ ſangvine multò & fluidior) motu, per canalium quorundam, ſenſim ac ſenſim, anguſtiorum, anfractus: ſi enim aquæ, in initio primi canalis exiſtenti, ſolito quidem major, additur motus, illico animadverti poterit, quod reliquus aquæ torrens non tam ſubitò poſſit alios canalium ſubire anfractus, quin regurgitet, & aliquatenus in motu ſuo impediatur: quanto, igitur, magis hoc, in humano corpore fieri poterit, in quo canalium reperiuntur myriades, quorum interior cavitas, hoc in loco, eſt amplior, in illis, anguſtior. Ut adeò pateat, & nimis fluidum ſangvinem, obſtructionis, morborum matrices, parere poſſe.

CAP.

CAPUT V.

Salium volatilium usus nimius noxius: probatur variis observationibus. Potus quoque herbæ thee moderatus esse debet, quod rationibus adstruitur.

CUlpandi igitur meritò sunt illi, qui tam empiricè, tantâ in quantitate, & promiscuè omnibus subjectis, inque omnibus morbis, & quovis sub climate, commendant salia volatilia, & præprimis sal volatile Cornu Cervi, oleosis igneis particulis saturatum, imò ipsos potus calidos. Hinc in praxi non semel licuit observare, ab intempestivo & immoderato volatilium salium usu, quosdam præcipitatos in hecticam, marasmum, dolorem capitis, syncopem, hæmorrhagiam, imo ipsam mortem. Elegantem hanc in rem insinuat observationem *Actis Hafniensibus D. D. Jacobæus pag.* 208. 209. Nimirum novit amicum, qui sangvinem crassum & melancholicum habuit, ita enim ex venis sæpius fuit eductus, hunc sale volatili oleoso sylviano corrigere tentavit, & successu res non caruit, nam quotidiano ejus usu sangvis floridior factus, rubicundo colore oculos afficiebat, ast cum ejus usum continuare in hæmorrhagiam largam, cum cordis palpitatione

tatione, & metu syncopes incidebat, ut opiatis & acidis tandem restitutus fuit. Sic quoque notus est mihi perillustris Vir, sangvineæ constitutionis, qui, quoties assumit sal volatile Cornu Cervi, sangvinem mirè ebullientem persentit, ut non solum arteriæ fortissimè pulsent, sed & pruritum in totô corpore, cum dolore capitis & aurium tinnitu percipiat. Novi quoque fœminam honoratissimam, cujus partes extremæ post salium volatilium usum, pustulis occupantur, quæ crebriori usu in veram scabiem degenerant. Meretur quoque huc adduci *Dn. Mellenbroccii in tract. de cochleariâ curiosa pag. 84.* annotata observatio, nimirum scribit, se curasse juvenem, febre laborantem, qui post acceptum sal volatile quoddam, anxietatem ac ardorem in ventriculo ac lingva percepit, adeò ut hæc inflammata intumesceret, cum summo suffocationis periculo, atque ex ore materia crassa, calidissima, instar picis liquefactæ effluere: æger morti vicinus, ab exhibito pulvere præcipitante, levamen maximum tandem est consequutus, & restitutus. Memini quoque, me, aliquot abhinc annis, itineris in Angliam comitem habuisse quendam studiosum, cui instar panaceæ, ad quævis sanitatis incommoda in itinere præcavenda, commenda-

tus

tus fuit spiritus salis ammoniaci, quo etiam tam largè utebatur, ut omni septimanâ, se unciam unam consumere, mihi profiteretur; aliquoties ipsum hortatus sum, ut sese ab hujus usu temperaret, sed dictu haud fuit audiens. Brevi post appetitus prosternebatur, & anxietatibus ac doloribus præcordialibus, statis temporibus, adeò urgebatur, ut se ferendis illis, non parem crederet. Medicus in consilium vocatus præscripsit varias mixturas ex aquis destillatis, diascordio Fracastorii, sale absinthii & aliis absorbentibus, sed omnia frustraneo effectu. Cum ego ipsum aliquando visitarem, dijudicans hoc malum calamitosum, à nulla alia causa, quam ab intempestivo, istius volatilis Spiritus usu, ortum; commendavi ipsi pomorum citri usum. Ille applaudens, ipsis utebatur largissimè, ut singulo die, duo ad minimum, commederet; melius hinc indies se habere cœpit. & brevi post, cum morbo, in constantem rediit gratiam. Quod attinet usum potus calidi, sive infusi herbæ thee, quod ad sanguinem fluidum reddendum, & acidum absumendum, ita commendant, ut ultra 40 vascula, omni die ebibenda svadeant: Auctor sum, ut non tam empirice ejus usus celebretur tam numerosâ ebibitione vasculorum, sed moderatè hauriatur, utpote conti-

continuo ejus usu ventriculi tunicæ, non solum ita tenues redduntur, ut cibis resolvendis durioribus, vix præbeant robur; sed & salia, naturæ amica, domestica & necessaria, in quibus omnis digestionis ac fermentationis vis consistit, simul absumuntur quare menstrua ventriculi & intestinorum nimis diluta & aquea reddita, ciborum resolutioni ac meteorisationi, non ritè amplius præesse possunt; & hinc febres, cachexiam, hydropem, nimium & quotidianum potus theæ usum, consequi posse, non absurdum est. Natura enim, instar Alchymistæ, eget salibus, ceu instrumentis, quibus dissolutiones, fermentationes, subtilisationes, peragere debet; jam autem aqua calida immoderatè assumta, non modo sylvestria & excrementitia salia, in fluoribus corporis nostri undulantia, imbibit & educit, sed &, si illa deficiant, domesticis & naturæ amicis, massam sangvineam depauperat.

CAPUT VI.

Argumenta profert demonstrantia, multos morbos non semper ab acidô, viscidô sed & ab alcali volatili, imò longè aliò principiò oriri posse. Totius machinæ fluorũ accuratior instituitur Anatome, & principia, elementa sive corpuscula diver-

diversa sanguinis, lymphæ, bilis, saliv. urinæ, mechanico-chimicè traduntur. Locus Hippocratis explicatur, & ex di versarum, sangvinis ac humorum, par ticularum temperie seu proportione & mixturâ læsâ morbos varios generar posse concluditur.

PRogredimur jam ad alterum menbrum nempe plures dari morbos, qui no semper acido viscido, sed & Salino vola tili, imò longè alio principio debentur quod ut sufficienter demonstretur, placet in antecessum, accuratiori indagine truti nare ac perillustrare corporis nostri liquo res, in iisq; diversa existentia elementa a corpuscula. Sangvinem si examinemus, illе corpus insipidum, sensu medicô dulc (hinc à canibus lubentissime, exiccatus, d voratur) & inflammabile, quare flamm applicatus vel ejus pulvis candelæ insuffla tus, insignem flammam edit, quæ simul in dicat, verias ac diversas in ipso latitar minutias. Est enim flamma nihil aliud quàm fortissima motûs species, ubi mate ria subtilis in particulas oleosas, ramosa salinas, terrestres, diversissimâ figurâ gau dentes, vehementissimè influit. Ad flam mam enim concipiendam, necesse est adsint particulæ mobiles, rotundæ, (qu ex variarum particularum combination

emel

ємergunt : per quas facilis fiat materiæ æ-
thereæ rotatio & transfluxus. Hinc patet,
quare omnia dulcia, rotundis ex globulis
constantia, fermentescibilia sunt & ad flam
nam concipiendam apta. Talis modi
minutissimos globulos, beneficio micro-
scopii, conspicimus quoque in sangvine,
qui à particulis pingvibus, cum aqueis in-
timè mixtis, dubiô procul emergunt. Sed
clariùs adhuc corpusculorum horum in
sangvine diversitatem nos sistit ignis chi-
micus, cui, si sangvis exsiccatus concredi-
tur, prodit primò phlegma, subsequitur spi-
ritus & Oleum tenue, & taudem sal vola-
tile cum oleum tenue, & tandem sal vola-
tile cum Oleo crasso fœtido, remanente
terrestri capite mortuo in retortâ, quod ad-
hibitâ debitâ ignis torturâ, paucam salis
fixi quanditatem elargitur. Potest in hanc
rem latius videri illustris *Boylei apparatus
ad historiam sangvinis humani.* Sal acidum
quoque non alienum esse à mixtura san-
gvinis, vel ex hoc verosimile fit, quia sic-
cato singvini, si adjiciatur calx viva, & le-
vis commotio fiat in fase calido, odor salis
volatilis statim nares petere solet: cui ex-
perimento confirmando, & hoc insuper
addimus, nimirum quod si dissolutioni san
gvinis, cum aquâ calidâ institutæ adjicitur
oleum tartari statim fundum petere solet

materia quædam mucilaginosa, à chyl forsan proveniens. Lubricas aqueas par ticulas à conjugio sangvinis non esse excl sas, ipsius sensus testimonio satis convin cimur.

Ramosæ, mucilaginosæ ac limosæ ap parent si sangvis in aquam calidam immi sus, per aliquod temporis spatium in va stet. Notabile autem est quod ramosæ mucilaginosæ, Sulphureæ, salinæ, terr stres particulæ, arctissimè sibi innexæ implicitæ sint, seu textura arctiori & fi miori gaudeant, aliis gummosis ac resino succis, id quod vel ex eô liquet, quia sa gvis exiccatus non solvi potest in aqua c lida, sed potius conglebatur in massam, pura puta aqua filtrum transit; item spi tus vini rectificatus, eidem siccato, inf sus, ne particulam quidem sulphurei & leosi principii extrahit. Cœterum par cularum sangvinis diversitatem sufficie ter probant, varii per varia emunctor secreti humores, v. g. saliva, bilis, urin semen. Salivæ natura fermentescibilis tis patet, si particula saccharatis vel mas farinaceæ addatur. Sal alcali quoque illa foveri, exinde clarum fit, quia tinct ras martiales nigras, item tincturam sant li rubram mutat, & aliô colore indui qualis à remixto alcali fieri conting

Gun

Gummi laccæ pulverisatum si in ore detineatur, exhibet colorem coccineum, quem saltim salia alcalia extrahere valent. Sal acidum exinde colligi potest, quoniam ex lacte, igni exposito, caseosas particulas præcipitat. Spiritus æthereus in ipsa reconditus efficit ut, à frigore, saliva non facilè coaguletur & lippitudini oculorum, scabiei, serpigini ac veneno canis rabidi medeatur. Vide plura hanc in rem annotata elegantissima experimenta in *Tackii Chrysog. animali pag.* 17. 18. *& seqq.* qui etiam ex salivâ, putrefactione præmissa, salem, tam volatilem, quam fixum, elicuit. Quin imò tam penetrantissimum æthereum sal saliva possidet, ut etiam auri folia, cum illa, trita, intra quatuordecim dierum spatium corrodat, & nigredine inficiat, ut etiam nonnulli Chymicorum, ob id inducti, fuerint mercurium currentem, lege hermetici artificii, ex ipsa præparare ac educere. Diversitas harum particularum in saliva existentium, abunde ipsius sangvinis corpusculorum varietatem testatur. Hinc vir acutissimi judicii, & ob præmaturа fata dolendus, *Dn. Cram in œconomiâ animali pag.* 3. scribit: salivæ constitutio talis est, qualis ipsius sangvinis, ex quo secernitur, si enim sangvis est aquosior, saliva etiam aquosa est & inefficax; Si sangvis

gvis acidior, falſior vel pituitoſior, ejusmodi quoque provenit ſaliva. Bilioſum humorem, varias alere particulas, ſupra ſatis demonſtratum, imo ejus oleoſitas ſatis hoc probat, quod ſi enim aqueæ, quas continet, particulæ evaporentur, relicta pars exiccatior accenſa, ardet ut candela. Semen, quod ſoboles lymphæ delibatiſſimæ eſt, hinc gelatinoſum & γλισχρὸν quoddam exhibet, quod ſatis indicat roſcidarum particularum, cum ipſis ſulphureis oleoſis, blandis, ſalinis, conjugium. Urinam varia in ſe recondere, ex chimicis ſatis notum; mirabilis quoque illa lucidisſima ſubſtantia, quæ Phoſphori nomine venit, ſingulari enchireſi ex illa producta id ſatis & ſufficienter demonſtrat. Ex dictis hiſce luculenter apparet, ſangvinem cœterosque corporis noſtri fluores, ex variis indefinitæ figuræ, magnitudinis, ſitus ſuperficiei, eſſe compoſitos ac commixtos, quarum particularum, ſi decens eſt harmonia ac concentus, mixtura & temperies, ut nullum adſit prædominium, tunc corpus ſanum & vegetum. Quod ſi autem contingit, ut v. g. æthereæ, oleoſæ, ſalinæ ſpirituoſæ, ſubjugentur, dominium naneiſcentibus terreſtribus, viſcidis, fixioribus, acidis, obſtructiones viſcerum, & varii morbi chronici generantur, & vice verſâ

versâ, si acres volatiles salinæ ex velamine & carcere ramosarum ac serosarum, emancipatæ existunt, morbi acuti, & varia systematis nervosi pathemata suboriuntur. Hisce præmissis, quam facilè elegantissimus locus, summi Medicinæ dictatoris *Hippocratis* intelligi ac explicari potest, qui in tractatu *de priscâ medicinâ* ita effatur; inest in homine & amarum, & salsum, & dulce, & acidum, & acerbum, & fluidum, & alia infinita, omnigenas facultates habentia, copiamque & robur. Atque hæc quidem mixta ac inter se temperata, neque conspicua sunt, neque hominem lædunt, ubi verò quid horum secretũ fuerit, atq; ipsum in seipso fuerit, tunc & conspicuum est & hominem læditNimirum diversæ illæ particulæconstituunt massam sangvinis & succorum homogeneam, ritè inter se mixtæ, per quam facilis & blandus, naturæ amicus, materiæ æthereæ, est transfluxus: quod si autem quædam particulæ abundent, contra mixtionis legem, aliis deficientibus, mixtura sangvinis & humorum læditur & turbatur, motus progressivus impeditur, intestinô licet auctô, stagnatio fit & obstructio, febris, separatio particularum à se invicem, catarrhi, fluxus.

CAPUT VII.

Sali acri alcalino volatili mult

debentur morbi. Demonstratur scab ficcâ, variolis, scorbuto, arthritide va gâ, diarrhoeâ & Dysenteriâ, morb hungarico, peste & febribus maligni vermibus, hydrope & ictibus animal um venenatis.

SAtius jam esse videtur, in rem præsen tem venire, & uberius demonstrare plures morbos non tam acido coagulat vo, quam salino, acri principio, deber exemplo est scabies sicca, quæ à sale ac volatili ex massa sangvinea præcipitat glandulasque miliares sub cutaneas ol struente & dilacerante, ac instar canthar dum salis volatilis vesiculas excitante, c ritur. Ob hujus salis volatilitatem admo dum quoque & contagiosa, & medic mentis magis diluentibus, temperantibu anodynis, quam purgantibus, sudoriferi acrioribus, vult tractari; externè succ citri admixta pauca quantitate mercur albi præcipitati, optimum solamen affert.

Variolas & morbillos inter morbos sa linos acres commodè referri posse, non so lum illorum natura patefacit, quâ intest na, pulmones, pleuram sæpe infestant corrodunt *vid: Fernelius de abdit: reru*

ca

cauſ. cap. 17. cranium exedunt. *Conf. Febrius de Scorzonera* & oſſa corrodunt, ulceraque maligna producunt, *vid. in Act. Med. Haffn. p.* 199. arterias capillares aperiunt, (hinc hæmorrhagiæ, largæ & mictus cruentus oriuntur) verum etiam contagium & ipſa cura id teſtatur: quæ diluentia, acidula, cum ſalibus volatilibus refracta, incraſſantia, anodyna, papaveracea Magis exigit, quam ſudorifera, acria, volatilia, ignea, exceſſivis qualitatibus notata, à quibus, præprimis in principio datis, ſæpiſſimè ſudor colliquativus, phrenitis ſeu inflammatio meningum & epilepſia annotata. Hinc *D. D. Ammannus in Medicina Critica p.* 373. meminit; Medicum quendam tribus infantibus, ex variolis laborantibus, propinaſſe ſpiritum Cornu Cervi, & omnes tres fuiſſe mortuos. Et hinc conſtat ratio, cur Angli, inter quos eminet *D. D. Siedenham in tract. de Variolis,* tantopere calorem lecti intempeſtivum, muſæa calefacta, & omnia calida in hoc morbo diſſvadeant, ut etiam ingenuè profiteri non erubeſcant; plures à calidiori quam frigidiori regimine hodie mori. Collaudanda quoque, hunc in finem, eſt methodus *Dn. Dr. Waldſchmidii & Dn. Dolæi,* qui ipſis ægris etiam lectum diſſvadent & contra ex corio confecta tegumenta, ſedere-

ne Küſſen/ commendant, damnando ſimu omnium diaphoreticorum etiam blandio rum, uſum. Econtrà acidulis, & diluen tibus nitroſis effervefcentiam acrioren maſſæ ſangvineæ & humorum contempe rare ſtudent: quem in finem laudatus *Dn Waldſchmidt* deprædicat ſingularem li quorem, quo aſſumto, neminem facilè mo ri variolis poſſe aſſerit. Papaveracea quo que penè omnibus hunc in finem palman dubiam reddunt, quippe quæ maſſæ ſan gvineæ effervefcentiam & exæſtuationen deprimunt & nerveas intercutaneas fibra relaxando, adeoque cutem, plus, minus mollem & raram reddendo, undique ſu dorem, ceu per filtrum, excernunt & trans colant: quare poſt anodynorum uſum ubi ſangvis nimis ebullit, fibræque ner veæ nimis conſtrictæ, & hinc variolæ re trogreſſæ, ſtatim iterum illas erupiſſe, ob ſervatum. Hypochondriaco-ſcorbutic acerrimam ebullitionem in duodenc (quod verum ſubjectum hujus mali) ex commixtione acrioris bilis & acidi, excitatam, ſæpiſſimè patiuntur: quâ ebullitione, acria, ſulphurea exſuſcitantur effluvia, quæ nervos & membranas obſidendo, horrenda pathemata, crudeliſſimos dolores, & motus ſpasmodicos in ſyſtemate nervoſo producunt. Hoc in caſu ſpiritus

Cornu

Cornu cervi, cochleariæ vel cerasorum, pauca in quantitate cum aliis medicamentis remixtus, sæpè exacerbasse illa symptomata, visus est.

Arthritidem vagam scorbuticam salium acrium volatilium, in lymphâ contentorum, sobolem esse, non solùm indoles ejus, quâ ex uno membro in aliud migrat, evincit, verùm etiam illud, quod multoties observavi nimirum nimias sudationes, purgantia, salia volatilia spirituosa, alcalina fixa, majorem cladem intulisse, ac dolorum faces magis accendisse: è contra diluentia, aquea, anodyna emulsiones, sangvinem & lympham edulcorantia, diaphoretica temperata, non omissis externis, nervinis, anodynis, volatilibus, & ipsa venæ sectione (quæ sacra sæpissimè in hoc morbo est anchora) ad hujus mali ablationem, omnem absolvisse paginam. Eodem modo dolores podagrici post usum potus thee & ipsius lactis (de cujus usu legi potest *Plinius lib.* 28. *Cap.* 9. & *Langius in Miscell. Curios. pag.* 27.) optimè conquiescunt. Particulas has Podagram excitantes, non tàm acidas, sed lixiviosas salsas esse experimenta curioso probare conatur *Olaus Borrichius in Act. Haffn. pag.* 163 Nimirum scribit podagricum fuisse, qui nullum præsentius solamen invenit, sudo-

re promanante salso; sudor ille in patin fuit exceptus & leni calore in vapores at tenuatus, relicto crassamento, cui cum i portiones certas diviso, oleum tartari pe deliquium affusum fuerit, motum nullun excitavit, ast commixto spiritu nitri insig nis exsuscitatus fuit strepitus.

In diarrhœâ serum, spiciculis salinis tur gidum, suppresso sudore amandatur ad in testina, cujus accessu salia fermentativ ventriculi, & segregativa glandularum in testinalium, in motum auctiorem & acrio rem rediguntur, & exaltantur, ita ut omni bus quasi in fluore constitutis ostiola vaso rum nimis aperiantur fibræ intestine rum spirales laxentur & stimulentur, ut si serum cum summâ presſione & impetu ef fundatur. Hoc in casu medicamenta o mnia salina, volatilia, acria, exulent, se magis exoptanda talia, quæ frenum injici unt humoribus, salia acria alcalina tempe rant, illaque per cribra subcutanea felicite exstirpant. Morbus quippe hic, quoniam salinus est, per glandulas subcutaneas qu congruum salis in massâ sangvineâ conten ti evacuatorium constituunt commode eju causa educitur. Acetum cum theriacâ coralliis mixtum, in diarrhœâ est præsen tissimum.

Ejusdem commatis quoque est Dyser eria, quæ à salibus biliosis acerrimis i

serv

fervidiſſima æſtate generatis, ut plurimum ſub principium autumni oritur & affligit: obſervavi ante aliquot annos, in Weſtphaliâ, dyſenteriâ epidemiâ plures correptos, aſſumtô electuariô ex calidis, v. g. theriaca, electuariô orphietanô, roob ſambuci, baccarum juniperi, floribus ſulphuris, à Medicô exhibitis, mortuos: è contra plures, blandis diaphoreticis, demulcentibus, incraſſantibus, opiatis, leniter adſtringentibus, ab orci limine revocatos. Meretur huc adduci *Nobilisſimi D. Dolai* obſervatio, quam tradit *in Encyclopedia pag.* 438. qui ſcribit, oleo amygdalarum dulcium, cum ſucco citri mixto, plus centum, graſſante dyſenteriâ, feliciter ſe curaſſe. Luem hungaricam, à copioſo ſale alcali, acri, in ſuccis corporis noſtri contentô, provenire certisſimum. Elegantisſima hanc in rem exſtat obſervatio *in diſſertatione de lue pannonicâ Dn.* Behrens/ ille tempore obſidionis Budanæ, in caſtris, multa ſecuit cadavera lue hâc interfecta, & ſemper annotavit, bilem & contenta ventriculi, ab acido confusô, validiſſimam iniiſſe effervescentiam, cum contra bilis ſani & violenta morte extincti, eodem modo tractata, nunquam tale phœnomenon proderet. Quoad curam omnia calida, acria, vola tilia, alcalina, damna-

tiſſima

tiſſima ſunt; contra vomitoria, acidula, diluentia, terreſtria, nitroſa, camphorata commendatiſſima. Peſtim & febres malignas petechiales, contagioſas, à ſale acerrimo, plus, minus volatili originem ſuam nanciſci, extra dubium eſt. In illis, quorum fluores, alias ſalibus acribus abundant, (ut phthiſicis, ſcorbuticis, hyſtericis ulcere laborantibus, funeſtum plerumque edere ſolent effectum. Poſt æſtatem ferventiſſimam, & inſectorum ſale acerrimo gaudentium, in aëre copiam, plerumque infeſtare ſolent. Cœterum ventriculum & viſcera, à veneno hoc acri hauſto, ſæpè corroſa, ac quaſi cauteriſata, inventa fuiſſe, ſufficienter ex obſervationibus colligere licet videatur *Diemerbroccius de teſte lib. IV. hiſtor. 15. Helmont. tumulo peſtis pag. 843.* Salis alcani corroſivi præſentiam, abundè quoque teſtantur in peſte & febribus malignis ſymptomata, à reſolutione nimiâ maſſæ ſangvineæ provenientia, ut ſyncope, hæmorrhagiæ, ſudores colliquativi, inflammationes glandularum ſubcataneaſrum, unde maculæ, carbunculi, bubones ſuboriuntur, nigerrimi coloris, qualem colorem omnia alcalia corroſiva, cuti applicata, exhibent; niger hic color à membranarum fibrillis diſruptis, ac poris valdè diſtortis, ita, ut radii ſolares in poris illis ſuffo-

ſuffocati, ad oculum non reflecti poſſint, dubiô procul, provenit. In curatione vomitoria ſalivalem laticem, ceu contagii ipſius fermentum ſeminarium expurgantia, in principio maximam locant operam. Præſervationis & curationis fine aceta bezoardica, ſuccus citri, vinum, decoctum Cornu cervi, nitroſa cum camphoratis & pulveribus bezoardicis mixta, utramque implent paginam. Eâdem viâ quoque inceſſerunt laudatisſimi peſtis debellatores, *Diemerbroccius*, *Sylvius*, *Mindererus*, qui omnem ſpem curationis in dictis remediis, præprimis acidis, poſuerunt.

Quod attinet vermes, communis eſt opinio bilis terminos illos non attingere, ſed illos foverei ad acido & viſcido egetamen hæc ſententia limitatione, utpote in ipſa fellis veſiculâ non rarò hoſpites hi inventi fuerunt, neque illos adeò fugere acria, ex obſervationibus, quibus vermes in rhabarbarô, aromatibus, pipere, inventos fuiſſe conſtat, claret. Cautè itaque mercandum eſſe exiſtimo cum calidis, acribus, purgantibus, volatilibus remediis, præferenda potius mercurialia edulcorata, nitroſa, camphorata, acida, quæ tamen lactantibus infantibus minimè concedenda. Succus citri egregia verminantium exiſtit antidotus: tinctura quoque violarum cum ſpiritu vitrioli facta, in

puerô

puerô, vermibus fermè ad mortem usque excruciato, egregiè se gessit, experimento *Wedeliano, videatur ejus tract. de medicam facult. pag.* 171. Hydrope consummato affecti, salibus alcalinis acribus copiosissimis scatent, hinc largas hæmorrhagias illi sæpius patiuntur, & sangvis floridus post mortem in venis reperitur, item viscera, à salium acrimonia, erosa & corrupta, hinc propinatis medicamentis sudoriferis, volatilibus, alcalinis, oleis destillatis, res illorum in pejus abisse, & dolores ac tormina incrementum sumsisse, non semel observavi.

In epilepticis insultibus bilem acrem nimis volatilem, alcalinam, sæpius delinquere patet, quia mixtura simplex, spiritus nitri optimè rectificatus, dulcis, spiritus vitrioli antepilepticus *Hartmanni*, mixtura ex spiritu tartari, salis, & liquore martiali conflata, & anodyna, figentia, terrestria, sedativa figente spiritus vi potentissima, sæpe præsentanium, in hoc morbo, afferunt solamen.

In hystericis cautè quoque uti debemus volatilibus, quia ut plurimum fermentum morbosum nimis movendo, ad spiritibus intimando, exacerbare pathemata solent: memoranda hunc in finem venit observatio, quam inseruit *B. Dn. Et Mülle*

Müllerus dissertationi de præcipitantium usu & abusu p. 74. Nimirum fœmina hysterico-scorbutica, simulque splenetica, præter sensibilia eaque spasmodica abdominis pathemata, ad melancholiam declinabat, una cum mensium, ultra tres menses, suppressione. Hæc ab exhibito spiritu salis ammoniaci, cum spiritu cochleariæ commixtô, mirum offendebatur, omnibus symptomatibus notabiliter exasperatis; sed sepositis hisce & datis absorbentibus, martialibus, coralliatis, salibus fixis, feliciter restituta.

Ex hisce colligere licet, non semper ab acido morbos petere suam originem, sed in plurimis peccare bilem alcalinam, acrem, volatilem. Quin imò multi ac magni dantur morbi, qui â subtilissimo æthereo acri sale per äerem communicato, (ut omnes morbi contagiosi) oriuntur.

Ictus venatorum animalium v. g. Tarantulæ, viperæ, horrenda, in corpore, excitant symptomata, & raras ludunt tragœdias quatenus nimirum, succus ille animalis acris, volatilis, per ostiola nervorum in vulneribus aperta, succo nervoso celerrimè communicatur. Succus hic, à maligno isto humore, variè alteratus, & acrior redditus, nervos musculi cordis mirum irritat & conquassat varieque afficit, hinc

trucu-

truculenta subsequi solent symptomata. Eodem modo morbi hæreditarii, à minutissima morbosa particula, originem & incrementa sua sumunt. Affectus animi, spirituum motum variè determinantes, quid commodi & incommodi in corpore nostro præstent, & quantos morbos producant, tam notum est, quam quod notissimum. Ut adeò ex substantiis, sensibus obviis, non semper liceat causas effectuum ac phœnomenorum in corpore nostro deducere.

CAPUT VIII.

Acida alimenta & medicamenta ex forô medicô minimè exstirpanda: Abundantibus particulis salinis sulphureis, in sangvine, magnam afferunt utilitatem. Recensentur medicamenta acida, in curatione morborum præsentissima. Vini usus minimè vitandus, sed illô nonnunquam paulò largius utendum est. Quædam cautelæ, circa acidorum usum, notandæ.

PRogredimur jàm ad illud demonstrandum, quod acidi spiritus, & medicamenta item alimenta acidula magnam, in medendo, afferant utilitatem, tantum abest, ut è foro medico eliminanda sint. Et quamvis in superioribus, jam dum de his, mentio

mentio injecta fuerit, placet tamen pauca annectere, & simul demonstratione efficere, illam hypothesin, nimirum quæ coadulationem sangvini inducunt,& sangvinem nimis fluidum incrassant, esse noxia, non esse universalem, sed limitatione egere. Sangvis enim & lympha cùm variis particulis volatilibus, fixis, aqueis, acidis, alcalinis sulphureis, mucilaginosis, terreis constent, gaudere debent temperie: legitima nimirum harum particularum mixtura, proportio ac harmonia est servanda, non nimis fluxiles, spirituosi, subtiles, Salini, nec nimis coagulati, ad motum tardi, fixi, acidi, debent esse humores: coagulatio & resolutio, quasi in æqvilibrio stare debent: hinc, qvando contingit, ut acria illa sulphurea, alcalià salia prædominentur, necessario fluit, talia esse præscribenda, qvæ superfluas has absumunt, corrigunt, figunt, id qvod omnium optime præstant acida, qvæ non solum facultate pollent, omne sal volatile figendi, (ut experimentis è chimia petitis id clarum fit) sed & confusâ cum oleis destillatis, leni digestione præviâ, illa latiscere faciunt in saparn qvandam resinosam, sulphuream, viscidam, inflammabilem, omnis acredinis & caliditatis expertem, ex qva, additâ debitâ qvantitate calcis vivæ, sal volatile iterum revocare

ſciunt Chimiæ gnori. Siqve evolvimu
Practicorum libros & obſervationes, inte
arcana medicamenta ſemper relata fuiſſ
acida comperimus, nec illis, in praxi, no
ſuperſedere poſſe, qvotidiè experimu
Stagma ſulphuris acidum, qvantis enco
miis, ad vitam longam, ad putredinem
ſangvine arcendam, ad febrium maligna
rum, & ipſius peſtis curationem ornar
Helmont. tract. arbor. vitæ pag. 635. Cnœfel
us in tract. de febb. malign. curatione, ali
qve, qvi in nuperrimâ peſte, ejus uſu
ſummè proficuum deprehenderunt. Eju
dem *Cnœfelii* arcanum antipodagricum
tantopere decantatum, nihil aliud eſ
qvàm phlegma vitrioli acidulum, ſupe
fuſum mercurio præcipitato fixo, & ſyrup
violarum edulcoratum. Clyſſo antimon
ſulphurato in febribus ardentibus & mal
gnis, ad ſitim extingvendam, ad alvum la
xandam (qvatenus calorem inteſtinoru
figendo, bilem deprimit) non datur exp
ditius remedium. Spiritus aperitivu
Penotti, Tinctura aperitiva *Mœbii*, in ob
ſtructionibus meſenterii reſerandis, in a
petitu eridendo, & urinâ ciendâ, vix p
habent. Spiritus ſalis, vitrioli, nitri dulce
in renum, ventriculi inteſtinorum, & h
patis vitiis, qvid præſtent, cuivis practic
rum obvium. Mixturâ ſimplici, & ex h

emanan

emanante Tinctura bezoardicâ polychrestâ, gratiosus Medicus, hodie vix carere potest: celebratissimus ejus usus est ad movendum sudorem, inq; morbis, ubi complicata est malignitas, anxietas præcordialis, syncope, Epilepsiâ, omne absolvit punctum. Nec spiritum vitrioli, ceu summum venenum, secundum illorum hypothesin, ex Medicinâ relegandum esse censeo, quippe cum oleo menthæ, caryophillorum commaritatum, instar incantamenti compescuisse vomitus, pluribus experimentis edoctus sum, & ille quoque, qui ex sale digestivo Sylvii, adjecto Oleo vitrioli, igne arenæ prolicitur admodùm volatilis, in Epilepsia & obstructionibus tartareis reserandis, multis magni nominis audit remedium. Ipsum nitri spiritum, admodùm corrosivum, momento sachari saturni paululum refractum propinatum scio instar arcani ad guttas aliquot quotidie, in viro epileptico, summo cum effectu, nullum quippe acidum magis bilem aggreditur, cum illa confligit illamque figit, quàm illud, quod in nitro latitat. Idem ille spiritus cum Sale volatili Cornu cervi rite copulatus mixturam constituit, admodum temperatam sudoriferam, quam, cum Essentia theriacali, in principio omnium morborum acutorum & inflammationum,

ſentio expertisſimam & ſaluberimam. Ac-
tum vini, quamvis nonnulli, loco venen
habeant, miranda præſtat in Medicinâ, ſu
dorem potenter movet, putredini reſiſti
ſangvinem coagulatum & pituitam reſo
vit, anxietatibus præcordialibus & ipſi l
pothymiæ præſtantius ſolamen affert
quàm, omnia prætioſiora balſama: cu
camphorâ & radicibus alexipharmac
commaritatum, in nuperrimâ peſte tà
præſervationis, quam curationis ſcopo, ad
hibitum, maximam attulit opem: cum la
pidibus cancrorum, vel matre perlaru
refractum ad extingvendum hecticum ca
lorum, ſangvinemq; coagulatum reſolver
dum, præſentisſimum exiſtit remediun
Sic porrò ſucco ſeu ſyrupo pomorum ch
nenſium ad refrigerandum & confortan
dum, berberum & rubi idæi ad ſitim extir
gvendam, cydoniorum ad ſtomachum ra
borandam, citri ad ſingultum ſedandur
& contagium arcendum, non facilè præſta
tius ac excellentius datur remedium: ſpiri
tus aſthmaticus, Dn. D. Michaelis. ſacchar
ſaturni, vitrioli veneris, nil niſi aceti ſpiri
tus, particulis metallicis paululùm alterat
quantam opem præſtant externè & intern
in ſyncope, in expectoratione promoven
dâ, in aſthmate, catarrho ſuffocativo, an
xietatibus præcordialibus? porrò inter me-
dicamenta polychreſta acidum, ſeu cremo-
rem

rem tartari, ob vim laxativam & diureticam commendabilem, Sal ſuccini, acetoſellæ, ceu elegantiſſima ſtimulantia ac incendiva purgantium, Sal eſſentiale cardui benedicti, abſinthii, fumariæ, ceu ſpecifica antifebrilia, referri notisſimum.

Tandem damnant quoque omnia vina, quæ acidum fovent tartareum, aſt, ſi quid, certò vinum ſummum eſt cordiale ac confortativum, particulis volatilibus, ſpirituoſis ac acidis benè temperatis gaudens ut hinc in omnibus morbis modicè & cochleatim ad ſumtum, ſumma ſit medicina; Vinum quoq; laudatisſimum eſt diureticum, oppilationes renum & meſenterii quàm commodè reſerat, imò, paulò largiùs nonnunquam adſumtum, optimum hypochondriaci mali præſervativum: motum nimirum vividum ſpiritibus & humoribus injungendo, ipſum animum quoque recreat. Notavi aliquot exempla curatarum febrium intermittentium, ſingulâ horâ, per diem, ebibito vitro vini veterrimi rhenani, quale exemplum curatæ quartanæ, mediante vini veterrimi hauſtu, recenſet quoque *Barclajus in Argenide*, ut adeò, nullo modo, ex catalogo potulentorum, vinum ſit proſcribendum. Patet ex hiſce, acida non tam eſſe nociva corpori noſtro, ut à nonnullis creditur; quàm imò

afferere licet, acidum in corpore abundar non tàm obeffe, quàm ipfum alcali. Pro bat hoc fingulare experimentum, quod ex ftát *in Actis Anglicanis Anno* 1667. pag. 39 circa transfufionem fanguinis factum. N mirum in canis venam infu fum eft oleu fulphuris; ille verò non mortuus, quar quam infufio illa in eum, diverfis vicibu fuerat reiterata. Et vulnere claufo, can dimiffus, per fingulos cellæ angulos difcu rens, quæfivit, quod ederet, & cum qu dam offa inveniffet, mira aviditate cœp occupata rodere, quafi liquor ei excitaff grandem appetitum. Alius canis, in c jus venas infufum fuit Oleum tartari, n tam fœlicem paffus eft fucceffum. Po multas enim lamentationes, fimul tot turgidus, mortuus eft.

Quapropter acidorum horum jam d ctorũ ufus & virtus eft celeberrima, hoc t men circa ufum illorum tenendum, ut, qu rum fluores & primæ viæ fcatent acid particulis, quorum fermentationes debil item gravidæ, lactantes, puerperæ, infa tes, pituitofi, item qui malô hypochond aco. cachexiâ, menfium fuppresfione, aff ctibus peftoris, tusfi, hecticâ, ulceribu vulneribus, alvô adftrictâ, infeftantu parciùs ac cautiùs ipfis utantur. Uti eni

op

optima medicamenta,in consulto & incautè adhibita,veneni vice fungi possunt; Sic quoque idem fatum experiuntur acida, & ipsum vinum.

CAPUT IX.

Frigida ex Medicinâ minimè proscribenda. Exemplum recensetur potu aquæ frigidæ curatæ arthritidis vagæ scorbuticæ, choleræ, & tussis diuturnæ. Nimisus aeris calor,magis nocet sanitati, quam frigus. Populi septentrionales vividiores meridionalibus.

TAndem etiam ceu summè noxia, & ad omnium morborum productionem facientia, proclamantur actu frigida, quatenus nimirum ætheris evolutioni resistendo, coagulationem humorum & obstructionem partium producunt: certum est, ut nimium frigus, sic quoque nimium calorem, sanitati nostræ officere: gaudet natura calido temperato, excessivo, læditur, interim tamen in propatulo est, & actu frigida, certo fini in medendo esse dicata; testantur id solæ acidulæ, quæ tam insigni quantitate haustæ, nullo modo, corpori noxam affricant, sed potius removendo sanitatis impedimenta, illud confortant.

Novi quosdam arthritide vaga scorbutica diu laborantes, nullis medicamentis

curatos tandem quotidiano frigidæ uſu reſtitutos. Eſt in Weſtphalia Nobilis quidam, admodum celebris Vir, ſexagenario major, qui tuſſi ſtomachali, admodum vehementi, per viginti fermè annos, certis intervallis infeſtante, vexatus fuit, medicamentis præſentiſſimis aliàs omnibus in caſſum adhibitis, curationis ſpes, ex animo ejus exſpiravit: uſus autem ſemel potu aquæ limpidisſimæ frigidæ, ex monte noviter proſilientis, obſervavit, per noctem nullam à tuſſi moleſtiam: hujus uſui inſiſtens indies, vivit jam per annum, liberatus ab omni tusſi: item choleram, uſu aquæ frigidæ, penitus ſublatam, in milite, adnotavi. Cœterum quoque videmus calorem aëris nimium magis generationi morborum velificari, quam ipſum frigus, quod fervidisſima æſtas nonnunquam teſtatur. Videmus quoque corpora calida magis morbis eſſe obnoxia, quam frigida, & regionibus ſeptentrionalibus degentes, ad durationem & propagationem, longè eſſe aptiores, uti etiam ex hiſce Gallorum, Francorum ac Germanorum ortum deducere volunt hiſtoriarum ſcriptores.

CAP.

CAPUT X.

Plura dantur remedia, quæ non agunt ob sal volatile vel alcali. Exemplo sunt opiata, quæ neque ob sal volatile neque ob sulphur facilè explicabile, sed ob singularem texturam agunt, & immediatè succum nerveum afficiunt. Traduntur Cautelæ circa opii usum, & optima ejus corrigentia. Mercurialia non agunt per alcali volatile, sed ratione salis ætherei subtilissimi. Mercurius quo magis liberatus à scoriis terrestribus metallicis, & quo simplicior ac purior, eò nobiliores edit effectus. Nitrum neque ob alcali, neque ob acidum floridum reddit sangvinem. Sulphuris, oleornm destillatorum camphoræ vires, vix explicari possunt per sal alcali.

DEnique, cum hanc hypothesin pro vero habeant: omnes morbos ex viscido & acido principio, & impedito humorum ac sangvinis motu, seu stagnatione produci: hinc necessario non potest non fluere, illud, quod ad ablationem illorum facere debet, contrario principio, nempe alcalino, acidum enervante, viscidosque humores fluidificante, debere esse instructum, quam virtutem ac facultatem etiam omnibus, quæ sub censum medicamento-

rum venire debent, ac ſolent, adſcribunt, & contra omnia, in quibus talis vis deprehendi non poteſt, damnant, &, ceu effœta, ex foro medico exeſſe jubent. Verum facile demonſtrandum eſt, dari plura, eaq; excellentisſima præſidia, quibus vis talismodi alcalina fluidificans, nullo modo ineſt, & licet in quibusdam illa ſit reperibilis, ob aliud tamen adjunctum principium, ipſa magis in uſum expeti. Exemplo ſint opiata, illis quidem ob ſal volatile oleoſum ex deſtillatione manifeſtum, acidum, morboſum, dolores exſuſcitans, abſorbendi, ſimulque ſudorem movendi facultatem adſcribunt. Aſt nullô modô evinci poteſt, ſalibus volatilibus talem virtutem ineſſe, qualem opiata poſſident, quin potius è diametrô ipſis contraria ſint, illorum noxam debellent, & correctonem illis præbeant. Notabiles ſunt in praxi medicâ varii, ac planè diverſi, ab opiatis exhibitis, effectus, nonnullis ſubjectis ſomnum ac quietem, placidam inducunt, ſpiritus opprimunt, & tamen nonnullis conrá, quod ſæpius obſervavi, vigilias excitant, Vomitus, ſudorem, ſedes, frequentiſſimè moviſſe, nullumque ad ſedanda illa ſymptomata præſidium efficacius exiſtere, in aprico eſt. Hœmorrhagias & quoſcunque fluxus ſiſtere ſolent, venas ſectas tamen opi-

um reseraſſe annotavit *Borellus Cent. IV. obſerv.* 57. Menſium nimium fluxum, ab opiatis auctum, fuiſſe non ſemel in praxi obſervatum: dolorum faces accenſas opiata extingvere ac motum naturæ ſuſpendere, tam certum, quam quod certiſſimum: interim tamen difficulter parientes non præſentius inveniunt ſolamen, quam in opiatis, pilulari forma exhibitis. Notus eſt mihi Vir generoſiſſimus, qui ceu arcanum, has pilulas omnibus partu difficili laborantibus, propinat, ſummo cum effectu: Hydropicis venenum opium eſt juxta *Wallæum*; è contra, miris encomiis opiata ornant in Aſcite *Williſius Pharmac. ration. pag.* 302. & *Barthol. Cent.* 3. *Epiſt.* 46. Porro opium interne ſumtum, homores coagulat, externè potius reſolvit, ut etiam inter emplaſtra diaphoretica locum invenerit: fervorem ſpirituum tollit, & tamen juxta *Wedelium celeberrimum noſtri temporis ſcriptorem, tract. de Medic. facult. p.* 221. probatiſſimum eſt aphrodiſiacum, quod plus præſtat, quam ullum aliud. Tandem opium ad grana tria ſumtum, homines necaſſe, exempla proſtant, cum tamen viderim ad ſcrupulum unum, imò drachmam ſemis aſſumtum illis, quorum ſangvis ſalibus alcalinis ſcatet, ut phthiſicis, arthriticis, ſcorbu-

ticis,

ticis, nihil noxæ attulisse. Talismodi effectus contrarii, in nullo penè corpore naturali reperibiles sunt, tantum abest, ut illi, sali volatili adscribi possint. Alii effectus hos dictos, per sulphur facile dissolubile, in opio latitans, explicare satagunt: ast si non velimus dissimulare, nec hæc sententia satisfacit; opium quippe gummosum magis est quam resinosum, multaque dantur gummata & succi, quæ cuivis etiam menstruo obsequantur, & tamen illis viribus carent. Accedit, quod etiam terrestre illud, quod in opio est, si cum spiritu vitrioli, singulari artificio figatur, & in carbones pene insipidos vertatur, adhuc anodynas in sinu foveat virtutes, cum tamen penitus indissolubile sit. Nec particulas sulphureas in opiatis hos effectus edere, ex illo efficitur, quod spiritus vini ab opio abstractus, summè narcoticus sit, cum tamen, affusâ aquâ, mixtura non turbetur, quod aliàs fieri contingit, si oleosa sulphurea cum aqueis conjugium ineant: nec sola evaporatione aut blanda ἀναθυμιάσει indoles opii & ejus virtus, commode exhauriri ac explicari potest: qvippe reperiuntur multa vaporosa, verbi gratia, anethum, anisum, moschus, quæ talem effectum non edunt; nec vero simile est, ex uno opii grano, tantos excitari posse vapo-

rei

res, qui totam maſſam ſangvineam, omnesque humores afficere, illorumque motum ſiſtere valeant, quin imò reperiuntur quædam, quæ prorſus non vaporoſa ſunt uti radix & ſemen hyoſciami, ſemen papaveris, quorum tamen vis maximè cum opio coincidit. Statuendum itaque potius eſſe videtur opiata immediatè alloqui ſuccum nerveum, ſeu Spiritus dictos animales, qui ex fluido tenuisſimo æthereo, homogeneo, valde mobili, compoſiti ſunt, & juxta *Verulamium* quaſi rota ſuprema, quæ alias rotas, in corpore humano, circumagit: Nimirum opium eſt ſuccus gummoſo-reſinoſus ac glutinoſus, cujus particulæ evaporabiles ac diſſolubiles ita ſuntconſtructæ ut ætherem foveant crasſiorem ſive æther ille terreſtribus, viscoſis, evaporabilibus particulis nimis eſt immixtus ac implicitus hinc gravis odor exhalans, (quare omnia graveolentia, caput & nervos afficiunt) & tenuisſimis corporis noſtri particulis ſe aſſocian, illarum motum quadantenus ſiſtit, quo facto conquieſcunt reliqui motus muſculorum, imprimis muſculi cordis, & hinc motus humorum tardior fit, circulatio ſangvinis debilior, & evacuationes excrementorum ad tempus ſiſtuntur; qua propter ubi fermentatio eſt debilis, Spiritus pauciores, excrementorum copia, tranſpiratio

tio suppressa, & pulsus parvitas, ibi opium est venenum: contra, quando pulsus magnus, spirituum ac humorum resolutio ac furibundus motus, opiata magnum levamen afferunt. Ubi enim magna, occursantium hominum, est copia, eò major est impeditio, ita iste impetus, efferatusque spirituum motus, qui intendit in emolumentum, sibi impedimento est. Ex hisce porro fluit, optima opii correctoria esse, quæ texturam glutinosam opii intimius resolvunt, ac ætherem magis subtilem, & naturæ nostræ amicum reddunt, qualia sunt omnia alcalia, fixa & volatilia, item aromata, cinnabarina, & hinc non excellentius solvens ac corrigens ipsius opii dari, verosimile est, quam ipsam tincturam antimonii tartarisatam, & ipsam cinnabarim antimonii, quæ non solũ texturam opii invertunt, sed & metuendam coagulationem humorum in corpore, & suppressam evacuationem impediunt.

Qvod attinet mercurialia, notissimum est, illa in Medicinâ mirandos effectus præstare, qvippe resolvendo viscidos glaciales humores, illosq; per vasa salivalia expellendo, magnorum & contumacissimorum morborum sunt malleus & averruncus. Illorum agendi rationem explicat *Dominus Bontekoe in tract. fragm. de acid.*

acido & alcali. per alcali qvoddam volatile, penetrantiſſimum, qvòd non ſolùm per omnes totius corporis poros penetrat, viſcidosq́; humores reſolvit, ſed &, inſtar magnetis, acidas molleculas, in ſuccis contentas, attrahit, illisq́; arctisſimè ſe aſſociat, & ſimul degenerat in naturam corroſivam inſtar mercurii ſublimati: qvare particulæ hæ corroſivæ cum lymphâ, ad ſpongioſam palati carnem delatæ, minutiſſima formant ulcera, per qvæ, in magna copiâ, ſalivalis latex effluit, qvod ſi ad inteſtinorum tunicas particulæ hæ deferuntur, calamitoſa diarrhœa, non niſi emollientibus vel lacticiniis ſedanda, excitatur. Et ob hanc rationem, anteqvam ſalivationem mercurialem inſtituant, humores debitis medicamentis non ſolùm fluxiles reddendos, ſed & ſale acido privandos, ſeveriùs inculcant, inq́; diætam acidam ac ſalſam, acriter animadvertunt. Qvamvis hæc ſententia admodùm ſpecioſa ſit, non tamen ex toto videtur ſatisfacere, qvippe perſpicimus, mercurium nullò acido facilè ſolvi, niſi fortisſimo, qvod tamen in corpore noſtro vix reperibile: deinde mercurialia, etiam tota Maſsa ſangvinea à ſalibus, purgata ac edulcorata, ſalivationem excitare: Porro in praxi annotare eſt, ſcorbuticis, (qvorum ſangvis acribus, volatilibus, al-

calinis

calinis salibus stipatus est,) magis nocere qvàm illis, qvorum humores pituitosi ac acidi existunt, qvin imò salia alcalia, fixa & volatilia, mercurialibus associata, salivationem & Diarrhœam, intra breve temporis spacium provocare solent. Patet ex hisce, neq; per acidum, neq; per alcali mercurialium vires commodè explicari posse, sed potiùs statuendum esse videtur cùm mercurius nihil aliud sit, qvam Sal qvoddam æthereum penetrantissimum saturatum particulis impuris, metallicis terrestribus, effectus resolventes laudabiles promanare ex sale hoc æthereô, simplicissimo, penetrantissimo, cujus ratione etjam compactissimorum metallorum poros ac claustra reserantur. Hoc Sal æthereum in corpore nostro, cum lympha æthera ac spirituosa, sese associando, ad succum nervosum advehitur, qvi omnis resolutionis alterationis ac motùs in corpore, causa existit. Adeòq; qvo magis mercurius liberatus à scoriis terrestribus impuris, eò magis spirituosus, philosophicus, ad metalla non solùm solvenda, promtior & expeditior, sed & in corpore nostrô, ad majores effectus præstandos aptior evadit: utpote particulæ metallicæ, terrestres, heterogeneæ, in mercuriô latitantes, cum salibus associatæ, degenerant in venenum qvod-
dam

dam corrosivum, qvod simul coagulando & constringendo, horrenda corpori nostro inducere potest symptomata, qvapropter mercurius depuratus, cum metallis nobilioribus, mediante continuatô & conveniente ignis gradu, in pulverem rubicundum redactus, vomitum excitat; ulteriori expositus igni, eôq; graduato, vix alvum subducit, diutius detentus, fortiori adhibito ignis gradu, mutatô jam colore, nobilissimas acqvirit dotes, per transpirationem sese exerentes: vires tamen hæ pro diversitate mercuriorum & operationum, mirum qvantum variant.

Qvod spectat sal nitri, cujus ratione multa vegetabilia agunt, hoc neq; ab alcali, neq; ab acidô, effectus suos mutuatur: notabile est, qvod nullum sal sangvinem è vena, missum, tam floridum ac fluidum reddat, qvam ipsum nitrum, præprimis artificiale ex spiritu nitri, & spiritu salis ammoniaci conflatum, qvippe, hujus beneficiô, sangvis fluidus, & ab omni corruptione liber, in thermometro diu asservari potest. Et ob id sitim extingvit, obstructiones glandularum reserat, calorem præternaturalem deprimit; humores viscidos incidit, inflammationes abigit, mixturamq; sangvinis turbatam restituit. Effectus hi dubiô procul debentur non solùm texturæ

& figuræ ſingulari nitri, ſed & ſpecifico a
thereo ſali, aëris ſoboli, qvod in nitro e
copioſiſſimum.

Medicamenta ex Sulphure petita, qvo
concernit, illorum effectus per ſal alcali v
declarari ac explicari qveunt; Sulphur n
mirũ & reſolvendo agit; (hinc in menſiu
ac lochiorum ſuppresſione, aſthmate adh
betur,) & conſtringendo (hinc in dia
rhœa; in ulceribus, in ſcabie externè a
plicatur) & edulcorando ſangvinem; hir
in tuſſi, phthiſi, ejus uſus eſt decantatiſ
mus. Dubio procul hi diverſi effectu
dependent à texturâ varia particularur
& indole ſpiritus incolentis ætherei, q
reſpectu receptivitatis, varios in corpo
edit effectus.

Notabile eſt olea deſtillata ſingulare
calorem ac motum corpori fœnerare, qv
ratione ſalis volatilis, nullo modo præſt
re poſſunt, utpote olei deſtillati gutta un
plùs caloris corpori tribuit, qvam ſalis v
latilis ejusdem grana decem: hinc meli
adſcribi poteſt illorum virtus, texturæ r
moſæ, non adeò difflabili, ſaliq; æther
acri inhabitanti.

Camphora, qvæ ex foliis arboris can
phoriferæ, & cortice radicis cinnamor
ſublimari ſolet, nil aliud eſt, qvàm ſal v
latile oleoſum penetrantiſſimum, inflar
mabil

mabile, qvale qvid ſimile ex aliis radicibus & lignis, eâdem enchireſi producere ſciunt curioſi v. g. ex Zedoariâ recenti, Coſto arabico, Curcumâ, ligno aloës. Camphora talis ſummum eſt anodynum; hinc in illis caſibus, ubi opiata locum non inveniunt, exhiberi poteſt, omnes inflammationes, & præprimis meningum, qvàm laudatiſſimè abigit, Camphora generoſiſſimum eſt alexipharmacum, putredinem arcens, hinc carni admota camphora, illam non putreſcere facit, vermes qvoqve necat. Eſt qvoqve illa optimum carminativum aromaticum, hinc in flatibus & menſium ſuppreſſione eſt præſentiſſima. Dicti hi effectus, non tàm ſali volatili, alcalino aſſignandi (qvippe camphora in aqva forti ſoluta non adimit ipſi aciditatem) ſed potiùs texturæ, in minutiſſimas volatiles atomos, diſſlabili, adſcribendi.

CAPUT XI.

Plurimorum medicamentorum effectus & vires à texturâ & diſpoſitione particularum & inſito ſpiritu dependent. Probatur variis ſpecificis, qvorum modus agendi per alcali vix explicari poteſt. Terrea, abſorbentia, non abſorbendo acidum in corpore egregios illos effectus ſemper præſtant, ſed ob aliud

qvoddam principium. Probatur lapidibus cancrorum, coralliis, martialibus, periis, saturninis, jovialibus, & salibus volatilibus.

PLurima adduci possent exempla, qvibus liqvidò constaret, medicamentorum multorum effectus ac vires, nontàm promanare à sale alcalino, fixo vel volatili, vel alio principio resolvente, ac fluidificante, qvàm â texturâ & dispositione singulari particularum, materiam æthereamseu spiritum, variè modificante. Et hinc v.gr. est, qvod Crocus antimonii vomitum, gummi gotti & scammonium sedes moveant, China chinæ qvartanam, & secundina humana, item pulvis lumbricorum terrestrium Epilepsiam curent, pulvis viperæ, qvo etiam usus D.D. Cnœfelius summum sangvinis depurativum, radix contrajervæ veneno resistat, aurum fulminans internè tormina ventris, epilepsiæ prodromos in infantibus, cum successione fecum nigrarum, tollat, externè adhibitum ulcera contumacia sanet, Saturnus ulcerum acidum absorbeat, & inflammationes arceat, Succinum nervos soletur, Cantharides vesicas excitent, radix nisi ad confortandos spiritus excellentissima, fructus ananas, ex Indiâ allati, ad calculum frangendum celebratissimi, & radix asparag gra

grauem urinæ odorem præbeat, item olea, qvæ in frigore facilè coagulantur; ut anethi, menthæ, anisi, fœniculi, optima carminativa existant, mercurius vermium hostis sit, curcuma calculos biliarios comminuat, lapis porcinus ad qvævis venena laudetur, Ambra & Cinnamomum spiritus confortet, fel angvillæ partum promoveat, & nux moschata, in qvantitate commesta, narcotica sit, Castoreum motibus convulsivis medeatur.

Ex hisce colligere licet, non omnia phænomena ac effectus qvalitatibus sensibilibus, benè autem intelligibilibus explicari posse.

Sunt qvidem in Catalogo medicamentorum multa, sale alcalinô, volatili & fixo, instructa, imò terrea alcalina, qvæ acidum morbosum, inprimis viis & succis vitalibus contententum, absorbendo insignes dotes obtinent, interim tamen & hoc verosimile est, illa medicamenta, non solùm acidum absorbendo, in corpus nostrum agere; sed in illis aliud adhuc delitescere principium, cujus ratione morbis resistant: Sic, qvando corallia præparata, lapides cancrorum, Cornu cervi philosophicè præparatum, antimonium diaphoreticum, antihecticum Poterii, in usum trahuntur, & intentioni nostræ satisfaciunt, non sem-

per id præſtant ob correctionem acidi, ſed qvia gravibus ſuis particulis, humoribus, ſale acri ſcatentibus, ſeſe interponunt, & ætheris fortiorem motum impediunt, ſicq; humorum tardiorem agitationem efficiunt, orgasmumq; ſanguinis ſufflaminant. Cœterum ſingularis ac ſpecifica qvoq; virtus dictis in hisce alcalinis videtur attendenda, qvod multis experimentis ac rationibus probari poteſt, hinc lapides cancrorum magis ſunt diuretici, ſangvinem coagulatum reſolvunt, corallia magis conſtringunt. Lapides qvoq; cancrorum deſtillati igne aperto, fundunt liqvorem urinoſum, qvi miſcela acidi conflictum edit; caput mortuum relinqvitur maximè ſpongioſum, qvod aqva communi affusâ nullo modo efferveſcit, è contrà corallia eôdem modô deſtillata, & urinoſum elargiuntur liqvorem, aſt caput mortuum inſtar calcis vivæ acerrimum, aqva communi remixta, inſigni ebullitione fervet, ut adeò diverſitas texturæ ac diſpoſitionis particularum exinde ſatis eluceat.

Martialia, licet acidi appetentisſima ſint, ſingularem tamen adhuc alunt facultatem, hinc poſt illorum uſum ſtatim incaleſcit corpus, color pallidus evaneſcit, pulſus fit magnus, qvod ab aliis alcalinis vix expectari poteſt. Perlas ſingulare qvoq; qvid

n ſinu alere, exinde patet, qvia certo men-
ſtruo immiſſæ, placido effervescentiæ mo-
u ſolvuntur, remanente mucilagine qva-
dam, admodùm ſpongioſâ, perlarum figu-
am adhuc referente, qvod de cœteris al-
kalinis immiſſis non valet. Saturnina ad
mixturam acidi in ſaccharum convertun-
tur, interim membranas, ac vaſa conſtrin-
gendo, egregiè refrigerare dicuntur, qvare
& plumbi momentum, ſingulo die, cani-
bus junioribus cum cibis exhibitum, nutri-
tionem impediendo, non ſinit fieri ma-
nos. In antihectico Poterii, præter vim
abſorbentem, ſingulare etiam aliqvid la-
titat: Stannum enim videtur non adeò
noſtræ naturæ nocivum, qvippe, qvi in
ſtanno anglicano purô laborant, vegeti ac
vivi ſunt, & ubi mineræ ſunt, & ſtannum
effoditur, optimæ plantæ creſcunt, indicio,
ſingulare aliqvod latitare in Jove, magis
adhuc eruendum. Verùm, hoc non ſolum
valet de fixis, ſed & volatilibus annotatum
ſpiritus ſangvinis humani ab *Helmontio* e-
pilepſiam curare dicitur, qvod ſpiritus u-
rinæ, calculoſis magis accommodatus, vix
præſtare poteſt: Sal volatile lumbricorum
arthriticos magis ſolatur, viperarumq; ſan-
gvinis depurationi inſervit, cornu cervi,
venenis magis reſiſtit.

CAPUT XII.

Rationes Neotericorum cur Vena Sectio exulare debeat in Medicina. Contra indicationes Venæsectionis & ejus indicationes traduntur. In qvibus morbis utilis observata fuit. Nihil magis Venæsectionem indicat qvam plethora & dolor. Qvod sangvis possit abundare multa evincunt argumenta. Omnis venæsectio est evacuatoria. Cucurbitul Venæsectionis sunt vicariæ: Dolor ischiadicus curatur illis. Purgantia sale acerrimo peregrino pollent: qvando mixtura sangvinis non turbata & serum deficit non præscribenda: Magis sæpe fine alterandi, qvàm evacuandi prosunt. Salia absterſiva cum paucâ purgantium qvantitate miscenda. Omnis fortior purgatio nocet.

PORrò cum statuant omnes morbos ex obstructione produci, & in spirituascentia ac fluiditate sanguinis & humorum promovendâ, cardinem omnis curationis versari, hinc audacter damnant ceu infamatum, lethalibus pluribus exemplis præsidium, venæsectionem, illosque, qui illâ utuntur, homicidas nominare non erubescunt, moti præter jam dictas rationes, & illis, quod sangvis pretiosissimus vitæ thesaurus

sit,

ſit, & quaſi à ſancta vi ſuum nomen ſortiatur: quod non posſit abundare, item finis ejus, nimirum derivationis, ventilationis, refrigerationis, ſit nullus & imaginarius, nullaq; fermentatio detur in ſangvine, pluresve morbi ſine illa curari posſint. Hinc diaboli inventum dicunt Venæ ſectionem, Ethnicis primò ſuggeſtum, deinde ad Chriſtianos propagatum, & mortalibus perniciosisſimum. Hæc hypotheſis jam dùm Patronos habuit multos, Eraſiſtratum, Helmontium, Poterium, Thomſonium, aliosq́;. Aſt quicquid etiam in contrarium moveant, venæſectionis tamen laudem manere, illamque maximè utile & neceſſarium multorum morborum eſſe præſidium, qui cum ratione experientiam habet conjunctam, non dubitabit aſſerere. Certisſimum eſt, Venæſectionem generoſum & heroicum eſſe remedium, & uti multis utile, ſic quoque, ſi eâ abutamur, multis damnoſum exiſtere poteſt. Et ſanè, ſi velimus fateri, quod res eſt, plurimi Practicorum, ſi ullô remedio, ſane hoc, abutuntur, , & hinc nobilisſimum hoc alias præſidium adeo diffamatur. In multis quippe morbis, quibus præcipitur, illa carere poſſumus, Circumſtantiæ itaque probè ſunt conſiderandæ & penſitandæ; nimirum, quando vires ſunt debiles & ſpiritus depauperati, quando

nulla abundantia & ſanguinis & humorum, quando pulſus debilis, primæ viæ humoribus excrementitiis ſcatent, appetitus emortuus, dejectionum copia, quando morbi adſunt diuturni, frigidi, venæſectionis uſus merito damnoſisſimus eſt; in regionibus quoq; ſeptentrionalibus, & ubi ſcorbutus frigidus regnat, ejus uſus debet eſſe parcisſimus. E contra, quando ſangvis abundat, ita ut majus ſpatium affectet, quando nimis eſt ſeroſus; ſi ordinariæ ejus evacuationes ſunt ſuppreſſæ; ſi ſpiritum ad eſt copia: ſi transſpiratio impedita: atrocisſimus dolor & concitatior ad partem dolentem affluxus adeſt, in juvenili ætate, in regionibus calidis, & illis qui ſpirituoſis frequentius utuntur, venæſectio ſacra eſt anchora. Hinc teſtatur experientia, ſæpè unica venæſectione conquieviſſe morbum: In Maniâ, in Apoplexiâ ſangvineâ & corporis conſumtione, ex nimia ſuccorum acrimoniâ, in ſuppresſione menſium vel hæmorrhoidum, in delirio melancholico & ad abortum præcavendum, Venæſectionis uſus celebratisſimus eſt. Novi quosdam, qui frequentius Eryſipelati & catarrhis fuere obnoxii, poſt adhibitam Venæſectionem, ſeſe ab illis præſervaſſe. Nihil autem magis indicat Venæſectionem quàm dolor & plethora, quare in arthritide

vagâ

vagâ ſcorbuticâ, in immani dolore capitis, in pleuritide, anginâ, dolore moleſtisſimo aurium, imò oculorum, in podagrâ, Venæſectio ſummum eſt aſylum : non ſolum enim affluxum humorum impedit, & inflammationem arcet, ſed & quietos reddit furibundos ſpiritus. Plethoram ſeu ſanguinis abundantiam dari, plurima evincunt argumenta. Certisſimum namque eſt, unum alimentum præ altero elargiri majorem quantitatem boni ſucci, ſeu chyli, & per conſequens ſangvinis, & hinc ſangvinem victu poſſe imminui & augeri, extra dubium eſt. Sangvis itaque alimentis tum fluidis, tum ſolidis, dulcibus, ſpirituoſis, plus juſtò adauctus, quàm ut venis capi posſit, ſiq; tranſpiratio ſimul impedita eſt, tardiori curſu vehitur & circulatur, appeſcit, corrumpitur & ad multorum magnorum morborum generationem fores pandit. Provenit hinc debilitas, lasſitudo & gravitas totius corporis, & ſi in ſe fermentativum, inteſtinum, majorem motum concipiat, cum impetu erumpit, lethales hæmorrhagias, vel ſanguinis obſtructiones in cerebro vel aliis partibus cauſatur. Inde quoque fit, ut multi fiant morbi à mutatione aëris, quippe novâ fermentatione, ab aëre, cibo & potu, in ſangvinem introductâ, plethora fit, hinc venæſectio ſalutare præſtitit auxilium : ſiquidem ſangvis immi-

nutus

nutus per Venæsectionem longè citatio motu progreditur, pulsus fit citatior, tran spiratio liberior, & ob hanc rationem vire à plethora prostratæ, eriguntur, obstructi ones reserantur, quod patet in fluxu men sium suppresso, ubi venæsectione nullum sub sole, præsentius est remedium. Deind sangvis non tam pretiosissimus vitæ e thesaurus, ut non possit peccare qvantita te, naturæ qvippe ipsius motu, per men ses, hæmorrhoides, nares, sæpè maxim cum levamine & energiâ, exoneratur. A ctus qvidem potest esse bonus in se, relati verò ad alia, verbi gratia, ad vasa, noxiu potest evadere. Et qvamvis ventilationi refrigerationis sangvinis usus nullus sit, e tamen ille purè evacuatorius: nimia nam qve sangvinis copia, qvàm ut vasa tolera possunt, evacuationem indicat. Et lic hinc Venæ sectionem electivam non statu amus, derivatorius finis tamen non est d nihilo, qvia ad apertam venam sangv ἀθρόως ruit, & simul excrementa, etia purulenta evacuat. Sic fluxus sangvin nimius curatur per venæsectionem in ma nu. Porrò neq; hæc objectio hic locu invenit, qvòd prima Venæsectio à mor & magno morbo possit liberare: si à pl thora morbus provenit, conccdimus, a melius est per venæsectionem debita prævenire, qvàm præveniri. Non negamu

qu

qvidem, per inediam, per medicamenta nitroſa, opiata, item terrea, ſudorifera, ſangvinis inteſtinum, rarefactivum motum ſiſti, & copiam ejus imminui poſſe, in caſu tamen præcipiti, nihil qvicqvam hujus inſinuari poteſt, hinc ad ſolam venæſectionem tanqvam ad ſalutare qvoddam aſylum, confugiendum eſt. Tacemus, qvod Venæſectio ad plura alia ſimul ſit utilis, v. g. ut maſſæ ſangvineæ conſtitutio nobis fiat conſpicua.

Cucurbitulas quod attinet, illæ venæſectionis vicariæ eſſe poſſunt, in ſeroſis, pingvibus. & ubi dolor & obſtructio adeſt, apprimè utiles, quippe hæ non ſolum ſuperfluum ſangvinem evacuant, ſed & rarefactionem inducunt, ſpiritus movent, & ubi nimirum illi admodum ſunt obruti, à copia tenacium, viſcidorum humorum, verbi gratia in catarrhis frigidis, in paralyſi. Dolor iſchiadicus eſt crudelisſimus ab humoribus pituitoſis, quibus obſeſſa ſunt acetabula, acrorem concipientibus, & nervoſam ſubſtantiam vexantibus, proveniens, externis non facile ſanabilis, quippe quæ ob profunditatem difficultèr penetrare poſſunt: aſt profundæ ſcarificationi facilè cedit. Ad fermentum podagricum, epilepticum in partibus extremis exſtirpandum & imminuendum, ſingulis menſibus, vel ſi opus, frequentius, conſultum

sultum est, partes affectas scarificare. Membra quoque gangrænâ affecta scarificatione optimô cum effectu tractantur.

Quod spectat purgantia, quorum usus à Neotericis penitus damnatur, certissimum est, illa pollere sale quodam, instar cantharidum, acerrimo, gradu tamen differente peregrino, quo membranas glandulasque ventriculi & intestinorum constringunt humores colliquant, & sangvinis mixturam turbant, motu ejus intestino fermentativo aucto, progressivo autem circula impedito. Quod & veneni quid alant, ne que sola irritatione sed liquatione & fermentatione agant, patet exinde, dum radix hellebori, vulneri imposita ad massar sangvineam & intestina penetrantia efflu via emittit, humorem expurgantia; sic Au tore *Tallopio. Tract. de purgant. cap.* 2. Ab batissa quædam quotiescunque purgar volebat, compressas pillulas, una ex part madefactas, ventriculo apposuit. Aloë & Colocyntidem manibus detentam ven trem solvere scribit *Higmorus disquisit. A natom. lib.* 2, *part.* 2. *cap* 6. Purgantia qu que naribus admota, operationes suas e erere videntur *Salmuth. Cent.* 3. *observ. it.* 14. *Binningerus Cent.* 2. *observ.* 86. N vimus quoque ab illinitione Tabaci i scabiosis, copiosos excitatos fuisse vom tus & contracturam manuum superven

enter

entem. Ubicunque itaque furibundus adeſt ſpirituum motus, mixtura ſangvinis turbata, obſtructiones viſcerum contumaces adſunt, humores acribus, ſulphureis, biliofis ſcatent ſalibus, & ſeroſæ, blandæ, viſcidæ, particulæ deficiunt, viresque ſunt proſtratæ, ibi purgantium uſus penitus exulare debet. Hinc in omnibus febribus, præprimis malignis, inflammationibus, ſcorbuto bilioſo, obſtructionibus viſcerum fluxionibus, phthiſi, & omnibus morbis malignis, purgantium uſus eſt infenſiſſimus. E contra, cum purgantia agant ob ſal acre alcalinum, de quo poteſt ulterius videri *Pechlinus in Tract. de purgant.* ubicunque humores viſcidi, tenaces, pituitoſi, nec peregrinis qualitatibus tincti, ſed à maſſa ſangvinea ſequeſtrati, in habitu carnoſo hærent, ibi non ſolum evacuandi, ſed & alterandi fine conveniunt. Extat hanc in rem elegantiſſimus locus apud *Proſper. Martian. lib.* 2. *de morbis ſect.* 2. *pag.* 176. Purgantia, inquit, ſæpe aliis adjunguntur medicamentis, non ut purgent, ſed ut aliorum medicamentorum virtꝰ intendatur. Conferatur quoque *Sylvius in praxi Med.* lib. 1. pag. 169. qvi ita ſcribit: Purgantia licet nihil fortè evacuent, minori doſi exhibita, eadem iterari qveunt, & aliis poſt aliqvot horas itidem qvantitate parva denuò aſſumtis, præcedentium operatio promoveri; qvod idem, ubi nulla urget neceſſitas, ſeqventi tantum die fieri poteſt, poſtqvam purgantia

indi-

medicamenta non tantum vitiosos humores evacuandi, sed eosdem qvoq; alterandi ac emendandi, & ad eductionem commodam præparandi vim habent. Eôdem qvoq; modô antimonialia ritè præparata, & minori qvantitate usurpata, nullumqve humorem, sursum aut deorsum evacuantia, nocent ulli, qvod millies expertus sum, scribit laudatus Autor pag. 217. Hanc ob rationem qvoqve metus ille, qvando purgantium fortiorum usus non seqvitur evacuatio, prorsus inanis est, doctè id monente Dn. Albrecht in Notis ad Chirurg. Dr. Bontekœs p. 809. 810. Ast, cùm purgantia fortiora drastica, vehementissimè sæpe agitent humores ac massam sangvineam, motum naturæ & mixturam sangvinis turbent, & plus justo humores laudabiles evacuent, sicqve hypercatharsin inducant, constringendo qvoq; fibras intestinorum spirales, ad obstructiones viscerum, multum contribuant, meritò illis abstinemus, & rectius talia eligimus, qvæ naturæ amica, ac blanda sunt, qvæq; potius stimulando primas vias, qvàm colliqvando contetna corporis operantur: qvævis enim copiosior ac vehementior evacuatio plus nocet, qvàm prodest, adeò omne solutivum (potentius scilicet, deprædatur de viribus & substantia corporis, ut optimè docet Hippocrates. De hâc materia latius videri potest Clarissimus Dn. Waldschmidt in eruditissimo Institutionum libello. Erant qvidem plura, circa hanc materiam spectantia, edisserenda: sed non patitur instituti ratio, paulo longius digredi, cum abundè, ut puto perspectum sit, novam hanc hypothesin, qvâ omnes morbos ex acido & viscido deducunt, illorumq; curationem solis alcalinis & calidis tractare volunt, non esse veram & firmam. Dignare modò, Vir excellentissime laborem hunc monogrammum fronte illa qvam jam tùm animo præcepi, meq;, qvi doctissimũ & honestissimum qvemq; qvàm maximè observare soleo, meritorum Tuorum esse perpetuum Cultorem, etiam atq; etiam crede.

F I N I S.

M V. Lin

